



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

45. An Capitulum Sede vacante possit supprimere Canonicatum? Et an idem dicendum sit de Prælatibus Regularium circa beneficia Regularia suarum Ecclesiarum? Ex p. 8. tr. 4. res. 50.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

dece cura & auctoritate in exequendis vltimis testamentorum voluntatibus; Succedit, sic Ioannes Andreas in cap. Ioannes, de testament. Panvinus part. 2. quest. 7. Poterit igitur Capitulum, Sede Vacante, executores testamentorum compellere; vt pias defunctorum voluntates exequantur intra annum, iuxta id quod habetur in cap. nos quidem, de testament. & authentic. Hoc amplius, de fideicommiss. Poterit etiam pauperes eligere, in quos hereditas ad huncvltim relicta distribuatur, vbi nulli curatores, vel executores vltimae voluntatis sint dati, vel exequi eam non curent. Ioannes Calderinus consil. 20. de testament. Panvinus part. 2. q. 7. Poterit etiam executionis diem prorogare. Dominicus in additio. ad consilia Calderini consil. 3. de offic. Religiosos iidem piarum voluntatum executores potest compellere ad reddendas rationes. Panvinus part. 2. q. 7. num. 6. Valet etiam Capitulum, Sede vacante, hereditatem Ecclesiae legatam adire: quam tamen si Episcopus damnosam Ecclesiae invenerit, beneficio restitutionis in integrum repudiabit. Pari ratione poterit Capitulum transigere, & compromissum facere Panvinus part. 2. quest. 7. numer. 18. Et haec omnia docet etiam Azorius part. 2. lib. 3. cap. 39. quest. 6.

RESOL. XLV.

An Capitulum Sede Vacante possit suppressere Canoniam?
Et an idem dicendum sit de Praelatis Regularium circa beneficia Regularium suarum Ecclesiarum? Ex p. 8. tit. 4. Ref. 50.

1. Respondeo negativè, & ideo Concil. Trident. sess. 24. cap. 15. de Reformat. vltim. particula, Episcopus, non autem Ordinarius, quae latius patet. Existimo huiusmodi facultatem Episcopis tantum, & non aliis convenire, ac proinde Praelatos seculares iurisdictionem habentes quasi Episcopalem, non posse huiusmodi Canoniam suppressere etiam in casibus, quibus Episcopi possunt in sua Diocesi, ita Nicol. Garc. de benef. p. 2. cap. 12. n. 75. & seq. Monet de distr. quorid. p. 1. cap. 15. num. 301. vbi hinc subdit Collegiatæ Ecclesiae Praelatum hanc suppressionem Praebendarum tenuium facere non posse, licet esset exemptus, & Ecclesiae insignis, idem repetit de commut. vltim. volunt. cap. 12. a num. 124. vbi num. 135. idiptum affirmat de praelatis Regularibus circa beneficia regularia suarum Ecclesiarum.

2. Vnde colligo Capitulum; Sede Vacante, non posse hanc suppressionem facere, vt docent Cuchus infra. major. lib. 2. tit. 9. n. 87. Monaldus consil. 41. n. 5. Sed circa praesentem questionem ne deferat videre Ricciium in praxi part. 4. decis. 135. per totam, vbi solè nostram sententiam confirmat.

RESOL. XLVI.

An Capitulum Sede Vacante possit creare Clericos Salvaticos? Ex p. 8. tit. 4. Ref. 51.

1. Affirmativè respondet Riccius in praxi tom. 4. ref. 227. nata sicuti Episcopus potest creare Clericos salvaticos, illosque servitio Ecclesiae assignare, ita pariter hoc ius competit Capitulo, Sede Vacante, cum illud sit propriè Ordinarius mortuo Episcopo. Novarius in suo opusculo novi p. 4. consil. 1. n. 4. sub rubr. de causis prime in Tom. 111.

stantia coram locorum Ordinariis tractandis, & infra biennium terminandis.

2. Et illud succedit in iurisdictione Praelati mortui: ita quod alter Episcopus vocetur & in illius locum subrogetur, & tanquam subrogatus debet sapere naturam illius. Et huic sententiae, ego etiam adhaereo.

RESOL. XLVII.

An Capitulum Sede Vacante possit providere Penitentiarum tunc temporis vacantem?
Et an Capitulum Sede Vacante, succedat in provisione beneficiorum ad Episcopum spectantem? Ex p. 8. tit. 4. Ref. 52.

1. Respondeo negativè cum Garcia de benef. Sup. hoc in tom. 1. part. 5. et 4. n. 145. vbi sic ait: Inferitur quod occurrente vacatione Penitentiarum, Sede Episcopali Vacante, Capitulum non poterit illam providere, & penitentiarium eligere, esto collatio praebendarum sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Capituli, ex quo electio persona & provisio officij Penitentiarum ad solum Episcopum spectat, vt dictum est, & Capitulum Sede Vacante, non succedit in provisione beneficiorum ad Episcopum spectantem, illas Sede Vacante, & dicitur infra. e. 7. & censuit S. Congregatio super d. e. 8. ibi, ab Episcopo instituat solo abique consensu Capituli, & etiam ab eodem solo eligatur, & licet vacaret sedes Episcopalis, Capitulum nihil potest, etiam quòd eo tempore Penitentiarum moretur.

2. Sed eius provisio, & electio Penitentiarum spectabit ad Papam privative, stante reservatione regulari secunda Cancellariae de beneficiis ad collationem, praesentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem liberam Episcoporum pertinentibus, vacantibus de tempore vacationum Episcopatum. Ita Garcia, cui adde Barbosam tract. de Canon. c. 261. num. 3.

RESOL. XLVIII.

An Capitulum Sede Vacante possit facere gratiam?
Et an Capitulum Sede Vacante possit dispensare, & remittere poenas per Episcopum mortuum impositas? Ex p. 8. tit. 4. Ref. 19.

1. Pugnantes adfunt sententiae circa praesentem questionem; nam Mant. tom. 2. de tacit. convent. lib. 5. tit. 8. num. 11. & Ioan. Bapt. Costa de remed. subisd. remed. 115. n. 2. & de iudic. num. 43. tenent partem negativam. Ratio esse potest, quia facere gratiam post sententiam, est, de reservatis Principi, vt docent Barr. in Lacta, ff. de re iudic. Salyc. in l. cum indulgentia, C. de sen. pass. Boff. in sua praxi tit. de remed. ex sola clement. Princ. num. 41. Accedit, quòd, secundum multos, hoc denegatur Episcopo, ergo multo magis Capitulo. Antecedens asseritur à Bern. Diaz. in pract. can. cap. 137. Foller. in praxi canon. verb. Et si commissi. num. 125. Artam. consil. 23. Bonon. consil. 205.

2. His tamen non obstantibus, contrarium existimo probabilius, propter rationem, pluries in superioribus allatam; quia scilicet, facere gratiam, pertinet ad iurisdictionem ordinariam Episcopi: at in hanc succedit Capitulum, siue iurisdic. sit contentiosa, siue voluntaria, vt diximus, & nullibi reperitur exceptus

LA N A E
S I H N I A
D. III. IV. V
E. III